



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sub quibus conditionibus, parag. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tur, ecit illa, quæ superabundat in eo puncto, quo habens Bullam modo dicto jejunat, vel fortasse etiam (ut tenet a Gallegus) erunt illæ satisfactions omnes, quæ erunt postea facienda, & non applicanda, durante anno ejusdem Bullæ, quod certe, ut idem notat, b est magnum beneficium. Simile quid dici posset de imperationis fructu, quod videre poteris apud Galleg. c & melius apud Castrop. d

a Galleg.
Claus. 7.
dub. 6.6.
b Idem ibi.
dub. 5.9.
c Galleg.
l.c.
d Castrop.
de Bulla
dij. an. c. I.
dub. 5.9.

Hæc explicatio, quam affert Bardi de Bulla p. 2. II. 4. cap. 2. sec. 1. nu. 7. solum illud habet boni, quod alia melior non occurrit, nam ceterum gratis videtur conficta. Ego autem potius dicere, dari quidem ejusmodi communicationem per Bullam, quandoquidem sic expressè conceditur à Pontifice, sed quænam sit, ignorari, donec Deus dignetur per aliquem, qui ipsi placuerit, declarare.

§. III.

Sub quibus conditionibus predicta concedantur.

1. PRIMÒ, sub Jejunio, vel te non valente jejunare, sub opere tibi commutato à Confessario, vel Parochio. SECUNDÒ, sub oratione fundenda pro unione Principum Christianorum contra Infideles, & pro victoria contra eosdem. Non posse autem hæc opera fieri per alium, ad hunc effectum, videtur manifestum, nam ex modo loquendi Pontificis imponuntur, ut personalia.

2. Jam vero quoad Jejunium, illud debet esse voluntarium, unde non valet ad hunc effectum Jejunium ex penitentia tibi à Confessario impositum, nec Jejunium ex præcepto Ecclesiæ. Scio Ludovicum e à Cruce sustinere, Jejunium Quadragesima sufficere, idque ex præsumpta voluntate Pontificis, qui non est censendus toto illo Quadragesima longo tempore, velle Fideles privare his Indulgenciarum; Scio, inquam, hoc, sed assentire non possum, quia ubi verba disponentis sunt clara, non est locus præsumptioni; at, quid clarius, quam illud, diebus jejunio nō suppositis.

3. Major difficultas est, an satis sit Jejunium ex Voto. Bardicum aliis purat, non sufficere, Gallegus autem, sufficere, quia Pon-

f Bardip.
2. tr. 4. ca.
j. sec. 1. n. 3
g Galleg.
l.c.

titifex excludit Jejunium, præcepto non sup-

positum; & vult, ut sit voluntarium; at Jejunium ex Voto non est Jejunium ex præcepto, & est maximè voluntarium, atq; ex devotio-

novoventis. Non mihi displicet hic discursus.

4. Præterea commutans prædictum Jejunium iis, qui sunt impediti, non potest esse 2- lius, nisi vel Confessarius explicatus supra c. 8. §. 1. nu. 3. vel Parochus: & quia dicit Pontifex (corum arbitrio) arbitrium autem in Jure semper debet esse rationabile; ideo commutatio debebit fieri prudenter juxta aliquanta proportionem ad Jejunium, spectata qualitate personæ.

5. Prædictus b Gallegus sustinet, Jejuniū h Galleg. f. um hoc non posse commutari ad hunc effec- c. dub. 6.5. tum in orationem, sed debere commutari in aliud opus bonum pium distinctum ab ora- tione, aitque erravisse Rodriguez, cùm dixit posse in orationem, quia, inquit Gallegus Pontifex vult duo opera, & non solum Ora- tionem. Certe ego puto, id tutius saltem esse, sed non video, unde ita opera duo distincta exigat Pontifex, ut non possit Jejunium per replicatam Orationem compensari.

6. Illud denique hic concedo, quod con- i Castrop. cedat Castropalaus, i nam si quis ex aliqua l.c.p. 5. n. 2 causa infirmitatis, laboris, vel ætatis à præcep- to excusaretur, poterit jejunare ad hunc ef- fectum validè; quia jam illi ejusmodi Jejunium est voluntarium, & supererogationis.

7. Secundò, quoad Orationem funden- k Rodriguez. dam, nihil esset explicandum cum in tenore Bullæ, quæ ad hanc pertinent, sint clara, nisi Rodriquez k cum Castropalaus l scrupulum in Add. quemdam induxisset. Dixit enim hanc Ora- tionem debere esse externam seu vocalem, Bull. §. 7. nec sufficere solam mentalem; quia Pontifex l Castrop. (inquit Rodriquez,) quando præcipit opera t.c.nu. 3. satisactoria, requirit extrema, & visibilia. Ve- rum puto, satis superque esse mentalem, quia quando Pontifex vult vocalem Orationem, illam explicat injungendo Rosarium V. G. Septem Psalmos, Litanias, &c. Quod autem assumit Rodriquez, gratis assumit nos enim dicimus, quamvis Oratio vocalis sit magis proportionata visibili Ecclesiæ, noa tamen semper eam esse necessariam, cùm Pontifex possit concedere Indulgenciam se conterenti V. G. & sœpe solet eam concedere dicenti, JE- m Suar. eo. SII, in corde, si ore non potest. Lege Suar. m 4. in 3. p. d.

8. Sciro deniq; hic duo. PRIMÒ, ad lucran- 52. sec. 5. à dam hanc Indulgenciam, satis esse illam elec- nu. 5. mosynam, quæ datur in acceptione Bullæ, n Galleg. quia aliam non requirit Clausula hæc, ut no- Claus. 7. tat Gallegus. n A a 2 Se. 4. 6. 0.

Secundo, satis esse non valde longas preces
sed id distinctius dicam mox cap. 10. §. 2. n. 4.

CLAUSULA DECIMA.

Item qui, dicto anno durante, in singulis diebus Stationum alia & Vrbis, quinque Ecclesiæ, sive Altaria, sive in illorum defectu, quinque unum altare deinde visitaverint, prece que ad Deum pro Unione, & Victoria predictis fuderint, omnes, & singulas Indulgentias Stationum intra, & extra nuos prædictos Vrbis, tam profane, quam per modum suffragii, pro defunctis, pro quibus visitaverint, consequantur.

CAPUT X.

Quatum Privilégium. De Indulgentiis Stationum, quas concedit Bulla.

1. **V**isitabitibus Ecclesiæ Alia & Urbis Romæ conceduntur varie Indulgentiæ, quarum aliquæ, quæ conceduntur iis, qui visitaverint hanc, vel illam designatam a Summo Pontifice Ecclesiæ, sunt soleaniiores, vocanturque proprio vocabulo, Stationes, quia, ut Indulgentiæ ex acquirantur, itur ad standum ibi, & ibidem orandum.

Has ergo Indulgentias Stationum, non autem alias, quæ aliis titulis conceduntur in aliis Ecclesiæ, concedit nunc in Bulla Pontificis, si illi, qui Bullam acceperunt, sequentes conditiones, quas statim explicabimus, ponant.

2. Et quidem singulis quibuscumque diebus anni esse Romæ dictas Stationes, & ibidem præter alias acquiri Indulgentiam Plenariam, notat Gallegus, & Castropalaus.

a Galleg.
Clavis. 8.
dub. 70.
b. Castrop.
de Bull. p. 5.
num. 9.

5. I.

1. **N**omine Ecclesiæ venit locus Deo dicatus, auctoritate publica Episcopi electus, ad Misam, divinaque Officia celebranda. Altaris autem nomine, venit locus ille, seu illa mensa firma, lapidea, vel lignea, super quæ exhibetur sacrificium. Nam propterea Altaria quædam in plateis, vel Congregacionibus, vel locis similibus, ubi sacrificare non conceditur, à nomine Altaris hic excluduntur.

2. Rursus licet Oratorium privatum, in quo, ex peculiari concessione Pontificis, Missa celebratur in domo privata, dubitetur, an ad hunc effectum comprehendatur sub nomine Ecclesiæ, docente Diana, eac Trullene. c Diana.
d comprehendendi negante autem Gallego etiammen ejus Altare hic per omnes comprehensum est. 11. n. 4. sol. 43. d Trulli.
fia habet omnia requisita ad verum Altare. de Bull. 3.
3. Jam vero cum Pontifex ejusmodi visitationem concedat sub disjunctione, Ecclesiæ, vel Altaris, puto esse certum, telucrarias Indulgentias, si visites quinque Altaria unius Ecclesiæ, quamvis in tuo Oppido plures ad sint Ecclesiæ.

4. Propter eamdem disjunctionem puto, g te ad libitum posse visitare tria V. G. Altaria unius Ecclesiæ, & duo alterius, vel contra quamvis in utraque plura extant Altaria. Sed.

5. Inquires Primo, Altare, in quo actu non adest illud, quod vocamus Portatile, seu Alterterum, aptum ne est ad hunc effectum, de quo loquimur?

Respondeo, esse probabiliter aprum quia satis est, si illud sit ex le Altare, & ex licentia Superioris, aptum ad Sacrificium; scilicet, si non adhuc duæ vel tres Tobalæ, neque sufficeret. Afferri pro hac Resolutione posset h Rodriq. h Rodriq. quidocet, si in aliqua Ecclesia sit aliquod Canonicum impedimentum, ob quod ibi celebrari legitimè nequeat, esse aprum, ut ad hunc effectum lucrandi Indulgentias Bullæ, visitetur, cum sufficiat locum esse Sacrum auctoritate Episcopi, & deputatum ad celebrandas Missas.

6. Quod si ponas, sive Altare Oratoriæ Privati jam essereditum profanum, sive Altare Ecclesiæ a Ministris redditum omnino inceptum ad Sacrificium per partiale V. G. vel totalem destructionem; non est mirum, si tunc illud excludamus, quia, ut sic, non retinerent essentiam ut ita loquuntur Altatis.

7. Inquires Secundò, si forte in aliquo Oppido non inveniantur quinque Ecclesiæ, nec una cum Altaribus quinque sed cum uno tantum Altari, quid faciendum?

Respondeo. Tunc profectò concedit Summus Pontifex, satis esse, si visiteretur unum Altare quinque.

8. Hinc, si alicubi existas, ubi solum sit Oratorium privatum cum uno Altari, poteris cu[m] fructu hujus Privilégii quinque visitare dictum.